Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Delectatio morosa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

grauiſſimum,) priuatus eſt executione Ordinis; & beneficio, & priuilegio Clericali: itaque poteſt per Iudicem ſæcularem puniri; nec qui eum percutit, eſt excommunicatus.

*Syl. *Degradatio nu.*8.*Tol.l.*1.*ca.*17.*nu.*10.

2 Degradatus, à ſolo Papa reſtituitur.

**Syl.l.c.num.*11.*Tol.l.c.num.*13.

3. Non ſolet degradari, niſi qui eſt in ſacris: poteſt autem degradari quicunque in crimine aliquo eſt incorrigibilis.

*Vide *Syl.l.c.nu.*1.& 3.

Delectatio moroſa, vide Luxuria, Peccatum.

Delegatus, vide Gratia.

1. DElegare poteſt quiuis Ordinarius, id eſt, habens poteſtatem ordinariam, & dare poteſtatem ſubdelegandi. Poteſt etiam delegatus Principis, niſi ei committatur nudum miniſterium, & non ipſa poteſtas: & ſubdelegatus delegati Papæ; itemque Vicarius Prioris, ſeu Guardiani abſentis, eſt enim velut Ordinarius; & Vicarius Epiſcopi generalis; denique is cui tacitè id conceſſit qui delegauit.

*Lege *Fum. Delegatio nu.*1.2.*Syl.*10.

Poteſt} *Syl.l.c.nu.*10.{Vicarius} *Fum.l.c.*

2 Poteſt Prælatus delegare priuilegium, quod habet ratione officij abſoluendi ſubditos, & cum eis diſpenſandi.

*Vide